

Autor(en): **[s.n.]**

Objektyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Beiträge zur vaterländischen Geschichte**

Band (Jahr): **14=4 (1896)**

PDF erstellt am: **22.07.2024**

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

### **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

## XXI.

Friedensaussichten. — Vorhaben Hotmann's nach Frankreich zurückzukehren.

H./Landgr. Philipp von Hessen.

Strassburg 1563. Aug. 15.

Illustriss<sup>e</sup> princeps, clementissime domine.

Cum hic tabellarius vester domum rediret deesse officio meo nolui, putavique me gratum obsequium C. V. facturum si eam de rebus nostris certiore facerem. Pax inter Anglos et Gallos facta est ingressique sunt Galli in Havre de grace Kalendis Augusti, cum prius aggere in magnam altitudinem sublato oppidanos vehementissime vexassent et XVI Julii aditu in urbem tormentis patefacto ita illos oppugnassent ut fere in urbem irruperent. — Regina Metensi gubernatori scripsit, universum regnum jam summa pace frui ac statuere pacem illam conservare. — Evangelium innumeris in locis prædicatur — sed Parisienses pharaonica obstinatione Dei beneficium quantum possunt ab sese removent — d'Andelottus scribit mihi ex villa sua Tauloy VII Augusti, D. Admirallium simul eum fratre suo Cardinali Castellioneo ad aulam profectum esse. — Ajunt Reginam Guysianos quoque principes evocasse, habereque in animo parem etiam concordiam inter illos constabilire. Lugduni et per totum Delphinatum optime agitur cum Huguenottis. Et quia Valentiana Academia me invitatur fieri potest ut eo ad annum unum proficiscar. — Ubi si quid obsequii C. V<sup>ae</sup>, quæ de me optime merita est, præstare possim, promptum me et paratum exhibebo. — Puto tamen prius me in aulam iturum, unde C. V. rescribam. — Interea potest C. V. mihi quæ volet mandata dare, non enim ante dies XV sum profecturus.

Illustriss<sup>e</sup> princeps, clementissime vale.

Argentorati XV Aug. 1563.

Illustr<sup>ae</sup> C. V. deditissimus  
Hotomannus.